

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 2: De aliis peccatis Caput 19: De temptatione dyaboli (5)

Ieronimus:

Nuncquam pro certo cessat dyabolus pungnare contra iustum hominem, [fons nondum repertus]
aut commovet dolorem corporis, aut excitat anxietatem mentis,
aut instigat ad luxuriam aut detractionem,
et si contra hec omnia viriliter pungnat,
et hoc totum humiliter ad dei gloriam referat,
sine dubio in celis mercedem recipiet,
quia nuncquam audet eum temptare sine permissione divina,
ut purior veniat ad se, et ita gustabit mentis dulcia in celis,
qui fortiter gustavit amara in terris.